



TRENTO (PRINCIPATO VESCOVILE), *Forma constituendi census, in episcopatu Tridentino et declaratio nonnullorum casuum, & contractuum illicitorum. Juxta intentionem datam in synodo dioecesana sub cap. 64 de usuris, & illicitis contractibus habita de anno 1593. Preterea illustriss. & reverendiss. card. Christophori Madrutij declaratio circa normam constituendi olim census sive affectus, publicata anno 1545. Nec non illustriss. & reverendiss. cardinalis Ludovici Madrutij eiusdem cardinalis Christophori successoris decretum circa taxam quoque censuum emanatam anno. 1579. atque instrumenti forma necessaria*, Trento, Giovanni Battista Gelmini, 1615.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T I c 81

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/101>





STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.

FORMA
CONSTITVENDI
CENSVS, IN EPISCOPATV,
TRIDENTINO

ET DECLARATIO NONNVLLORVM
casuum, & contractuum illicitorum.

*PRÆSENTI INTENTIONEM DATAM IN
Synodo Diocesana sub Cap. 64. De Usuria, & illicitis contra-
ctibus habita de anno 1593.*

*Præterea Illustriss. & Reuerendiss. Card. Christophori Madrutij declaratio circa nor-
mam constituendi olim census siue affictus, publicata anno 1545.*

*Reges non Illustriss. & Reuerendiss. Cardinalis Ludonici Madrutij eiusdem Cardinalis Christophori
successoris Decretum circa taxam quoq; censuum emanatum anno. 1579.*

Atq; Instrumenti forma necessaria.



TRIDENTI, Apud Ioannem Baptistam Gelminum, 1615.

Superiorum Permissu.

TORNA

CONSTITUTIONAL

CHARTER

OF THE

STATE OF

NEW YORK

1846

Printed by ...

...

...

...

...

FORMA
CONSTITVENDI
CENSVS IN EPISCOPATV
TRIDENTINO,

ET DECLARATIO NON NVLLORVM
Casuum, & Contractuum illicitorum.

I V X T A I N T E N T I O N E M D A T A M . I N
*Synodo Diocæsana sub Cap. 64. De V'uris & illicitis
contractibus habita de anno 1593.*



CHAROLVS MISERATIONE DIVINA
S. R. E. TITVLI S. THOMÆ IN
PARIONE PRÆSB. CARD. MA-
DRVTIVS, EPISCOPVS PRIN-
CEPSQ; TRIDEN. ETC. Ad perpetuū
rei memoriam. Et si prædecessores nostri anima-
rum saluti ac commodis subditorum summa cum
diligentia inuigilantes, diuersas pro temporum
qualitate sanctiones & Constitutiones in publicū
edere non neglexerint, quibus auaritiæ libidinem extinguerent, & vlturarum
prauitatem e subditorum mentibus funditus euellerent; tamen cum ex fide
dignorum relatione didicerimus, & ex vlturarijs criminationibus diebus su-
terioribus iussu nostro peractis compertum habeamus, auaritiæ fomitem
animos subditorum nostrorum adeo incitasse, vt postpositis omnibus pijs-
simè editis sanctionibus & constitutionibus, non vereantur, varijs, occultis, &
palliativis modis pauperes in censuum, siue afflictuum creationibus defraudare
& circumuenire, maximè dum mercibus & rebus ad eorum rem non facien-
tibus, iniusto excessu quoque valore ad libitum taxatis, & precij confessionatis
loco numeratæ pecuniæ decipiuntur; Nos pro debito muneris nostri, præ-
decessorum nostrorum laudabilia vestigia sequendo, vt huiusmodi circum-

uentiones eliminantur, & animarum saluti pro posse nostro salubriter prospectum, ac indemnitati pauperum, ne inexplebili vsurarum voragine miserabiliter absumantur, consultum sit, statuendum esse duximus, vt statuimus, ordinamus, & decernimus, quatenus deinceps census, siue affictus constitui debeant super re immobili, certis limitibus designata.

1 Fructifera de sui natura, & apta ad reddendum affictum.

2 Quæ solum maneat obligata solutioni census, non autem alia ipsius venditoris bona, nisi ratione euictionis, & ad securitatem rei, nimirum quod ea sit vendentis & fructifera, & capax ad illius census solutionem.

3 Valeatq; tantum, quantum capitale affictus, & tertium de pluri, ob casum repetitionis fortis, vt infra dicitur.

4 Deindè verò integrali precio, in pecunia numerata, coram testibus & Notario tempore Instrumenti, & non confessionato, aut quod dicitur anticipato interueniente, quod quidem precium reuera, quacumq; fraude, simulatione & fictione remota venditor accipiat. Præterea sub pacto de retrovendendo quandocumque nulla obstante præscriptione, non coacto venditore ad redimendum.

5 Ad hæc si res periret in parte, vel in totum, pro parte, vel in totum respectiue, perijsse intelligatur periculo emptoris: aut si pro parte, vel in totum, casu ramen fortuito, efficeretur instructuosa, ad ratam emptoris quoque periculo canon cesset.

6 Quod si dolo vel culpa venditoris id contigisse probatum fuerit, is teneatur precium census reddere, aut illum super alia re immobili, ad superius traditam normam, constituere.

7 Si autem dominus rei censuarie illam vendere voluerit, dominus census præferendus erit cuiusq; alteri emptori, eiq; denunciato precio & conditionibus, quibus res est vendenda, dies quindecim expectentur, num ipse velit eam emere. Reliqua verò circa taxam & deuolutionem, seu verius fortis repetitionem, ob canonem non solum, tribus successiuis annis factis mandatis, & alia præsentibus non contraria, expressa in constitutionibus prædecessorum nostrorum, firma volumus, vsq; ad aliam nostram deliberationem permanere.

8 Declarantes bona ob canonem non solum deuoluta, seu loco fortis propter moram, vt supra, extracta, posse redimi & recuperari per censuarium quandocumq; soluta sorte, affictibus incuris ac omnibus expensis. Decernentes proinde, quod affictus siue census sub alio modo & forma, aut pactis in futurum celebrandi, nulli sint, ac fæneratij esse intelligantur, ita vt penis quoq; debitis subiaceant.

9 Nempe vt principales contra præscriptam formam affictus constituentes, pro singulo affictu mulctam decem, viginti quinq; quinquaginta, & centum marcarum, & plus & minus, iuxta casuum & personarum qualitatem Fisco applicandarum incurant, &.

Notarij eos scribentes, præter alias penas pro arbitrio infligendas, ipso iure & facto censentur priuati officio tabellionatus.

Testes quoq; & Proxenetæ, tanquam participes prauitatis vsurariæ, veluti vsurarij puniantur. Census verò præter Iuris dispositionem & constitutionum Prædecessorum nostrorum, præteritis temporibus celebratos, subiicere volumus debitis Iuris censuris.

Vt autem magis cognoscatur, quibusnam modis sub palliata emptione & venditione censuarius contractus, contra, & præter supra expositam normam in fraudem vsuratum celebrari consueuerit, diuersisq; alijs figmentis & simulationibus vsura in his regionibus committatur, nonnullos, magisq; frequentes casus subijcere operæ precium duximus, vt etiam causa supradictæ nostre constitutionis de censibus constituendis magis cognoscatur, ab eiusmodiq; illicitis & feneratorijs contractibus abstineatur, & ignorantie crasse obiectio neminem excuset.

10 Quidam enim ab indigentibus pecunia emunt fundum vel aliud stabile, & eodem contextu illud locant venditoribus sub annuo affectu, & cum pacto redimendi. In quo quidem genere fraus vel saltem iniustitia multifariam committitur. Primo quia precium non soluitur secundum qualitatem & quantitatem fundi, nec emptor habet intentionem emendi, quia in se non retinet fundum, sed locat venditori, nec venditor pariter habet intentionem vendendi, quia non vult à se abdicare, sed in se retinere, sub ficto nomine conductionis: Item quia pensio seu affectus non constituitur habito respectu ad fructus fundi, prout haberi debet, sed habito respectu ad pecuniam: Item quia onera & pericula rejiciuntur in conductorem, cum tamen pertinerent ad locatorem, quando verè esset dominus rei locatæ: Item quia per pactum oneratur venditor ad expensas Instrumenti emptionis, ad quas tamen tenetur emptor, qui liberè & absq; vlllo onere lucratur fructus. Ex quibus, præsertim ex deprauata voluntate contrahentium eorumq; intentione, contractus euidenter redditur illicitus. Nec illam excusant Constitutiones anni 1545, quia illæ præsupponunt rectam intentionem in contrahentibus semper ad esse.

11 Nonnulli consueuerunt emere annuos redditus, seu census, pro precio quidem à Constitutionibus præscripto, sed obstringunt venditorem ad retro emendum, & ad precium restituendum infra tot menses, post monitionem sibi factam, & interim emptor percipit redditus: Quod pactum à Iure improbatum, quia ex eo detegitur deprauata intentio contrahentium, non quidem emendi vendendi, sed mutuum exercendi; Contractus enim huiusmodi recedit ab emptione annui census, cuius natura est, vt fors perpetuo alienetur, & redemptio pendeat à libera voluntate & facultate venditoris; sed quâdo reperitio fortis pendet à voluntate emptoris, contractus resoluitur in mutuum vsurarium, licet effigiem emptionis præ se ferat.

Alij ob affectus per triennium non solutos, agunt ad deuolutionem omnium bonorum obligatorum, putantes ea indistinctè in commissum incidisse, cum tamen deuolutio non debeat admitti, nisi in contractibus emphyteuticis, & in affectibus celebratis cum præambula & vera emptione, ex qua dominium directum verè fuerit translatum in emptorem.

In affectibus autem constitutis super rebus alienis, qui mos est frequens in hac regione, scilicet ubi quis emit affectus, seu lus percipiendi affectus, pro quibus venditor supponit, & pro pignore obligat fundos, tunc cum emptor non emat fundos, nec dominium directum acquirat, sed solum emat affectus, non potest habere locum pena commissi, saltem ex aequitate, nec consolidatio utilis cum directo. Et quamvis ex stylo quorundam Notariorum, ea pena in contractibus aliquando inferatur, non est tamen obseruanda, cum naturae, & substantiae contractus aduersetur, ac repugnet pacto redimendi, quod per deuolutionem extinctum remaneret. Emptori autem absque deuolutione competunt alia remedia, ad consequendum affectus non solutos.

Aliqui autem vendunt animalia, vina, grana, & alias merces, pro graui & excessiuo precio, & quia emptores non habent tunc pecuniam paratam, eos constringunt ad soluendum, & constituendum annuos affectus. In qua re venditor duplicem quaestum facit: primo in sorte, quam integram & solidam non soluit: deinde in annuo reddito, qui in hac angusta & sterili regione ascendit ad rationem septem pro centum ad minus: Et post aliquod tempus fortem augment ex his excessiuis affectibus decursis, & non solutis, simul cum augmento nouorum affectuum.

Quidam etiam anticipata solutione emunt vili precio fruges tradendus à venditore eo tempore, quo verisimile est, eas maiori precio esse valituras, & quas venditores plerumque venales non habent: quae anticipatio solutionis, habet mutui rationem, quia ementes, antequam res possint eis tradi, cessentur mutuae pecunias venditoribus, ut recipiant lucrum, quod est ultra veram aestimationem. 12 Alij de conuerso vendunt vina, grana, & alias merces carius, quam omnino valeant tempore contractus, ob datam emptoribus dilationem ad soluendum: qui contractus etiam mutui rationem implicat, quia perinde est, ac si emptor statim numerasset precium venditori, & venditor illud mutuaasset emptori, usque ad terminum cum lucro, quod pariter erat ultra verum precium.

Aliqui habentes granum venale, illud vendunt tempore hyemis, nulla tunc facta aestimatione, sed postea precium taxant quanti plurimi eo anno, usque ad nouas fruges venierit.

Plerumque verò pecunias mutuunt, cum pacto ut mutuarius emat ab eis vinum, bladum, pannum, & animalia, vel nomina debitorum suscipiat, & quo melius fraudem cooperiant, in primis conficiunt Instrumentum sub figura, & nomine venditionis, pro maiori precio, quam res tunc vendi possent, & quibus emens non indigebat, deinde certam pecuniae quantitatem mutuo persoluunt. Et licet videantur duo contractus, tamen cum sint facti eodem contextu, & in eodem Instrumento, censetur vnus factus contemplatione alterius, quia emptor eas res non emisisset, nisi venditor ei pecunias mutuaasset, nec ipse quoque mutuaasset, nisi alter quoque emisisset pro eo precio, & ita vendens lucrum acquirit ex mutuo, & usuram committit.

13 Quidam alio genere fraudis vtuntur, praesertim contra Rusticos, quia emunt ab eis oves, vel boues, aut alia animalia, quae sciunt, aut credunt eos non habere, eademque fide eisdem locant, sub annua pensione, vel si emunt animalia reuera extantia, aut propria habent, ea locant cum pacto, ut fors sit
salua

ſua, ſeu illius valor, & precium, & animalia ſint periculo conductoris, quod tamen ad locatorē vti dominū pertinere deberet, & in his caſibus lateat vltra.

Et idem cenſendū eſt de locantibus propria animalia reuera exſtantia, ac æſtimata: quæ etiam ſi percant citra culpam, & fraudem conductoris, volunt tamen, præter annuam penſionem antea perceptam, dictorum animalium eſtimationem ſibi à conductore perſolui. quod, vt patet, omninò iniquiſſimū eſt.

Alij tradunt alteri frumentū, ſeu ſiliginē ſub nomine mutui, ſed precio ſummò taxato, cū pacto, vt tēpore meſſis reſtituatur frumentū nouū, vsq; ad quantitātē dicti precij. Qui contractus claudicare videtur: quia ſi eſt veditio, emptor tenetur ad precium, non autē ad frumentū: ſi eſt mutuū debitor tenetur reſtituere frumentum in eadem menſura, & qualitate, & non precium.

Quidam autem credunt alteri pecunias, & faciunt Inſtrumentum ſub nomine gratuiti mutui, ſed poſt diſceſſum Notarij, & teſtium recipiunt ex pecunia numerata ſeptē, aut decē ex centum, pro intereſſe anticipato, & tamen mutuatarius remanet debitor de tota ſumma contenta in Inſtrumento.

Aliqui apertas exercentes vſuras mutuam pecunias ad tempus, modo ſub fide, modo ſub pignore rei mobilis, vel ſtabilis, ad rationem ſeptem pro centum, & pro excuſatione obijciunt conſuetudinem regionis, & Cōſtitutiones Trideſi. & quia benefacienti naturaliter liceat beneficium rependi. Quæ tamen conſuetudo ab eis introducta, cum ſit irrationabilis, & diuino Iuri contraria, non excuſat, præſertim in foro poli: nec ſimiliter Conſtitutiones, quia non loquuntur de mutuo repetibili, ſed de redemptione annui cenſus pecuniarj, ad rationem quinq; pro centum. Et cū mutuo ſit opus charitatis, debet gratis fieri, & conferens beneficium, non debet plus accipere, quā dedit, nec quæſtum facere ex neceſſitate alterius. Immo quod grauius eſt, plerūq; ex decurſo huiusmodi intereſſe augent fortem, & ex vſuris in capitale redactis, alias renouant, & exigunt vſuras, ſub nomine intereſſe.

Propterea his calliditatibus occurrere, & ſubditorum cōmodis, ac animarū ſaluti proſpicere volentes, vt pro debito paſtoralis noſtri officij tenemur.

Admonemus in primis omnes Chriſtifideles, vt ab eiufmodi contractibus, & pactiōibus omnino abſtineant, & inerti ocio relicto, honeſtis exercitijs incumbant, ne dum reprobis artibus lucrum temporale acquirere procurant, proprias animas in æternum amittant.

Et vterius conſiderantes nos vſurarum crimen in hac regione eo vsq; inualuiſſe, vt neminem ferē iam id committere pudeat; Prohibemus omnes, & ſingulos prædictos contractus, rāquam illicitos, ſceneratios, & ſimulatos, Mandantes ne quis vſurarium manifeſtum, ſiue ſit manifeſtus de Iure, ſiue de factō, vel quouis alio modo conuictus, ad Eccleſiaſticam recipiat ſepulturam, niſi idonea præſtita cautione de vſuris reſtituendis.

Insuper declaramus omnes & ſingulos vſurarios ſubiacere debere quibuſcunq; poenis & cenſuris Eccleſiaſticis infra deſcribendis, contentis in Conſtitutione Lugdunenſis Concilij, quam ſingulis annis in prima Dominica Quadrageſimæ, per Rectores animarum publicari mandamus, & inuiolabiliter obſeruari, yltra multā pecuniariam marcarum decem, viginti quinq; quin-

quinquaginta, & centum, in præmissa constitutione affectuum impostam, quæ etiam in præmissis casibus locum habeat.

Similiter obseruari mandamus contra omnes vsurarios Statutum sub cap. 68. lib. primo Ciuilium.

14 Idcirco omnibus, & quibuscunq; Iudicibus potissimum verò Vicario nostro in Spiritualibus generali districtè iniungimus, vt contra vsurarios, Notarios Instrumenta scribentes, proxenetas, mediatores, consultores, & alios quoscunque, qui eiusmodi contractibus illicitis, quoquo modo interfuerint, auxilium & opem præstiterint, diligenter inquirent & procedant, ac vltra debitam restitutionem censuris Ecclesiasticis, & alijs poenis tam iuris Canonici, quàm Ciuilibus & Statutarijs, ac præsentis constitutionis omnino coerceant. Alioqui si in hoc tam detestabili vitio compefcendo desides erunt, Indignationis nostræ poenam sciant se incurfuros.

Cuius nostræ supradictæ constitutionis, dispositionis, & declarationis tenorem, in omnibus locis, qui sub nostra Ditione continentur, publicè manifestari mandamus.

CONST. CONCILII LVGDVNENSIS.

Quanquam vsurarij manifesti de vsuris, quas receperant, satis fieri expressa quantitate, vel indistinctè in vltima voluntate mandauerint: nihilominus tamen eis ecclesiastica denegetur sepultura, donec de vsuris ipsis fuerit, prout patiuntur facultates eorū, plenariè satisfactum: vel illis quibus est facienda restitutio, si præsto sint ipsi, aut alijs, qui possint eis acquirere, vel eis absentibus loci ordinario, aut eius vices gerenti, siue rectori parochiæ, in qua testator habitat, coram aliquibus fide dignis de ipsa parochia: quibus quidè ordinario, Vicario, aut Rectori, prædicto modo, cautionè huiusmodi eorum nomine liceat præsentis constitutionis auctoritate recipere sita, quòd illis perinde actio acquiratur, ac si seruo publico de ipsius ordinarij mandato idoneè de restitutione facienda sit cautum. Cæterum si receptarum vsurarū sit quantitas manifesta, illam semper in cautione prædicta exprimi volumus. alioquin aliam recipiè cautionem huiusmodi arbitrio moderandā, ipse tamen scienter non minorè, quàm verisimiliter creditur, moderetur: & si secus fecerit, ad satisfactionè residui teneatur. Omnes autè religiosos, & alios, qui manifestos vsurarios, cõtra præsentis sanctionis formā ad ecclesiasticam ausi fuerint admittere sepulturā, penæ Lateranens. Cõcilij, cõtra vsurarios promulgatæ, statuimus subiacere. Nullus manifestorum vsurariorum testamentis interfit, aut eos ad confessionem admittat, siue ipsos absoluat, nisi de vsuris satisfecerint, vel de satisfaciendo pro suarum viribus facultatum præsentem (vt præmittitur) idoneā cautionè. Testameta quoq; manifestorū vsurariorū aliter facta, nõ valent, sed sint irrita ipso iure. Dat. Triden. ex Arce nostra, boni Consilij die xiiij. Ianuarij. 1609.

*Ad Mandatum Illustriss. & Reuerendiss. Domini Domini Card. Episcopi
Principisq; Triden. &c. proprium.*

Petrus Alexandrinus de Neustain Cancellarius.

ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISSIMI

CARD. CHRISTOPHORI MADRVTII &c.

Declaratio circa normam constituendi census siue affictus.



Christophorus Dei gratia Episcopus Tridenti, Administrator Brixinens. ad perpetuam rei memoriam. Et si ex Pastoralis officio teneamur omnia promouere, & toto mentis conatu intendere, quo subditorum nostrorum utilitati & comodo generaliter consulatur, tamen specialiter humeris nostris incumbit diligenti custodia inuigilare, ne in secularibus negotijs, quae singulis diebus homines pro augmento bonorum temporalium inter se tractant, & celebrant, aliquid committatur, quod animos in Gehennam praecipites trahat. Cuius quidem sollicitudinis Praedecessores nostros fuisse diligentissimos animaduertimus, dum pro temporum qualitate ipsos varias, & diuersas constitutiones promulgasse videmus, quibus omnes usurarias prauitates penitus, & meritis hominum euellerentur: sed usu uenit (ut a natura omnis etas ad malum procliuus est) quod quanto plures ederentur inhibitiones, tanto maiores excogitarentur fraudes, & colores, quibus non solum animae a praecipitio non sunt retractae, sed etiam pauperum subditorum nostrorum inreparabilis iactura est subsequuta. Quum uero necesse sit, ut aliquis modus contrahendi exiatur, & nouissima constitutio per immediatum Praedecessorem nostrum felicis recordationis promulgata, & si in se sanctissima fuerit, tamen male interpretantium technis, & cautelis adeo periculosa, & dannosa effecta sit, ut nisi efficacia remedia adhibeantur, totalem ruinam ipsis pauperibus sit allatura.

Nos uero Praedecessorum nostrorum uestigia laudabilia imitando, negotium huiusmodi maturo consilio saepius disculimus, & tandem omnibus circumstantijs, quae pro temporum qualitate erant considerandae, diligenter consideratis: Statuimus, ordinamus & decernimus ut infra.

Quia cassamus, abrogamus, & tollimus omnes, & singulas constitutiones per Praedecessores nostros qualitercunque emanatas & editas circa contractus affictuum Bladorum, & uini generis cuiuscunque celebrandos, & maxime constitutionem nouissimam, & uolumus, disponimus, & ordinamus, ut in antea affictus generis cuiuscunque impune fieri, & celebrari possint, dummodo fiant in ratione rhenensium sex pro stario frumenti, siliginis quinque, milij quatuor: Bladi uero alterius generis cuiuscunque rhenensium trium; uini theoldecii rhenensium septuaginta quinque, bulliti septuaginta, dulcis sexaginta. Pecuniae uero in ratione quinque pro centenario, cum pacto tamen perpetuo redimendi, non obstante praescriptione aliqua iuris municipalis, uel communis.

Item, quod in casu deuolutionis propter canonem non solutum, Dominus agere possit ad deuolutionem cum defalcatione tertij, respectu duntaxat capitalis, in quo tertio etiam intelligantur inclusi affictus retenti, quos Dominus aliter consequi non possit, nisi praecedente de anno in annum mandato de soluendo affictum affictualis factum, de quo appareat legitime; quibus mandatis non praecedentibus, ut supra, deuolutio locum non habeat.

Item

Item quod ab afflictibus celebratis ab anno Millesimo Quingentesimo
citra afflictalini, omnes possint, & valeant se affranchare, & Dñi ad id teneantur.

Item quod prædicta omnia, & singula intelligantur locum habere, & habi-
tura solum, & duntaxa: in afflictibus habentibus præambulam venditionem,
ab eodem afflictalino, & non in ijs, qui propria bona ab alijs, quam à condu-
ctore acquisita locant.

Publicat. die 19. Ianuarij 1545, vt in actis d. Francisci Zelli Not. Malefic.

MODERATIO AFFICTVVM SIVE CENSVM

Illustrissimi, & Reuerendissimi Card. Ludouici Madrutij.

LVdovicus Miseratione Diuina, S.R.E. Tituli Sæcti Honuphrij Presb.
Cardinalis Madrutius Episcopus Tridenſis, &c. Cum à non nullis an-
nis citra non parua querelæ exorta fuerint inter debitores, & credito-
res annuorum afflictuum, qui in hoc nostro Episcopatu Tridenſi celebrari cõ-
fueerunt, super qua controuersia aliàs coram tunc tẽporis commissario Cæs.
fuerunt ab utroq; parte plures supplicationes, & scripturę Allegationum pro-
ductæ, ac processus formati, qui postea ab eodem commissario fuit transmis-
sus ad suam Cæs. Maiestatem, quę deindẽ causam ad nos remisit, nobis man-
dando, vt super ea prouisionem opportunam faceremus, nè subditi contra ho-
nestatem, & equitatem grauati remanerent. Proinde nos considerata ipsa
commissione, consideratoq; diligenter tenore constitutionis per proximum
prædecessorem nostrum super afflictibus promulgatæ, ac partibus in contra-
dictorio, & seorsum saepe auditis, & causa maturo cõsilio ad longum discussa:
volentes assiduis querelis, & indemnitati pauperum subditorum, iuxta prædi-
ctam commissionem Cæs. prospicere: Hoc præſenti decreto afflictus omnes
redimibiles, & secundum formam dictæ constitutionis celebratos de cetero
reducendos, & moderandos esse duximus, pro vt eos scilicet ex nunc, & pro
anno præſenti, & pro alijs annis futuris moderamus in hunc modum.

Videlicet. Frumenti ad rationem grossorum.	26	} pro stario.
Siliginis ad rationem grossorum.	21	
Milij ad rationem grossorum.	17	
Vini bulliti pro plaustro ad rationem Rhenensium quinque pro plaustro.		
Vini dulcis ad rationem Rhenensium	4.	
Librarum 1. pro plaustro.		
Olei pro Galcta ad rationem Librarum 4. gross. 3.		
Buryri ad rationem librarum 4. gross. 3. pro pondere.		

Possint tamen conditores recipere solutiones in speciebus si maluerint, sed
ad ratam pretij prædicti, & non in maiori quantitate. Et hanc nostram mo-
derationem tam diu seruari volumus, donec generali constitutione super
creandis nouis afflictibus per nos prouisio fiat.

Quo

Quo verò ad affectus factos per non nullos præter, & contra formam constitutionis prædictæ, & qui à debitoribus allegantur illiciti, & vsurarij, committimus omnibus Iudicibus ordinarijs nostri Episcopatus, vt super eis iustitiam summariam administrent, tam in irritando contractus irritandos, quàm in puniendo puniendos, prout iuris erit.

In quorum fidem, & testimonium præsentibus fieri, sigilliq; nostræ appensione iussimus muniri.

Datum Tridenti in Arce nostra Boni Consilij. xi. Septembrij. 1579.

Ad Mandatum Illustris, & Reuerendis. Dñi
Cardinalis proprium, &c.

Carolus Grotta, &c.

Declaratio prædictæ clausulæ:
possint tamen.

Supradicta clausula declaratur, & intelligitur, quod creditores possint recipere solutiones in speciebus, si maluerint, sed ad ratam pretij prædicti, hoc est, quod possint recipere tantum Vini, & Frumenti, seu aliarum specierum, ad pretium commune currens tempore solutionis, quantum importat pretium in pecunia taxatum, in ipso decreto; Non autem quod possint recipere species in maiori quantitate.

Decretum in Cancellaria Boni Consilij. Die 23. Septemb. 1579.

Instrumenti forma Constitutionis affectus.

IN Christi nomine. Amen. Anno &c. in loco &c. presentibus &c. Testibus vocatis, & rogatis &c. Ibi existens N. egens ut asseruit Rhenen. N. ex causa, &c. deliberavit vendere censum, seu Ius exigendi annuum censum, seu affectum redimibilem super infrascripta eius petia terræ, siue domo referuando sibi Dominium directum, & vtile dictæ petiæ terræ, siue domus, infra nominato B. Propterea ibi presens N. suprascriptus, & agens pro se &c. omni meliori modo &c. eidem B. in prompta pecunia auri, & argenti, in presentia suprascriptorum testium, & mei Notarij dictos Rhenen. N. dedit, soluit, & numeravit, pro quib⁹ quidem Rhen. actualiter habitis, & receptis ut supra, ipse B. agens per se &c. omni eo meliori modo &c. dedit, vendidit, & tradidit dicto N. ibi presenti, agenti, & stipulanti pro se &c. Ius exigendi ab ipso B. annuum censum, siue affectum Rhenen. &c. Statorum tritici &c. filiginis &c. vinarij, siue brætatum vini &c. iuxta taxâ tamen aliâ ab Illustris. Superioritate factam, & super tali eius petia terræ, vel domo existente in tali loco, & pertinentijs &c. statorum, siue plodiorum tot, cum talibus confimb⁹, quæ valet tertium de pluri antedictæ sumæ, quæ communiter posset a sicutari, seu locari pro Rhen. &c. in totû in ratione anni, deducta portione Colonica, & necessarijs impensis, & sic reddit, seu potest reddere quotannis fructus, seu pensiones sufficientes ad solutionem prædicti affectus, ad habendum &c., & possidendum, prout huiusmodi census empti haberi, teneri, & possideri debet: promittens idem B. venditor, p se, & eius hæredes ipsi N. emptori præceteri p se &c. stipulanti, manuteneri ipsum censum, seu Ius illum percipiendi venditum, exigibilem, & bene fundatum, deq; illius euictione, & legitima defensione, secundum formam Iuris, & statutorum Triden., & petiam terræ, siue domum solutioni præmissi affectus obligatâ in bono statu cõseruare, & nõ deteriorare, & omni anno in festo S. Michaelis omnibus suis sumptibus, expensis, & periculo, dare, soluere, & cõducere &c. ad domû N. &c. Rhen. &c. staria frumeti boni &c. vinas, siue brentas vini &c. ad taxâ tamẽ ut supra, cum obligatione quorumcunq; ipsius B. bonorum, respectu manutionis censui, seu affectui obnoxiorum, & cum pacto redimendi quocunq; & se liberandi ab onere dicti affectus soluendo dictam denariorû summâ Rhen. &c. cum pacto etiam si per triennium cessauerit à solutione idem N. emptor possit agere ad fortis repetitionem iuxta cõstitutiones; & quatenus ex præmissis ab ipsis constitutionibus omittendo, vel faciendo quouis modo recessû fore dici aut dubitari possit declarant ipse partes ad tollendû omne dubiû, & pro validitate contractus, omnia in presentia Instrumento haberi pro appositis, quæ apponenda sunt, & pro non appositis, quæ apponenda non sunt, restringentes presentem contractû, & contenta in eo ad normam præscriptâ in dictis constitutionibus, & sic non aliter nec alio modo contraxerunt, &c.

NOta quod licet alia de partiu conuentione, ex natura tamen cõsensus addi possint, non exprimentur, non propterea censentur, & si hic expressa non sunt, addi prohibita.

LAUS DEO.

GRAVAMINA

PROPOSITA PER MAG. D.D. CONSS. CIVITATIS
aduersus nouam Formam Constituendi census, siue
affictus in Episcopatu Tridentino.



¶ Fructifera de sui natura, & apta ad reddendum affictum, &
paulò inferius, fructifera, & capax ad illius census
solutionem.



PRIMO pare aggrauio, che per detta constitutione sia esclusa l'antica consuetudine, & vianza approuata di poter constituir censi sopra le case, ilche però da molti Summisti viene ad messo, & tollerato; & anco in se è ragioneuole; poiche occorerà, che molti poveri Cittadini, & Artigiani ritrouandosi quella sol casa, con la commodità di poter constituir sopra censo, cauaranno danari da porri à traffico tale, che farà causa in buona parte di sostentar la famiglia loro. Et nondimeno non faranno priui d'habitarla; cosa, che non hauerebbe, quando astretti à venderla, douessero priuarsi di quella, & del solito, che lor causa la commodità del traffico, & consequentemente l'utile, & guadagno.

¶ Quæ solum maneant obligata solutioni census, non autem alia ipsius venditoris bona, nisi ratione euictionis, & ad securitatem rei.

Secundò, se considera, che stante queste constitutioni, il Padrone del censo volendo conseguir l'annual suo fitto, farebbe sforzato con graue suo scommodo, & disturbo (non potèdo proceder còtra altri beni per non esser sottoposti ad obligo, se non per l'euittione) far pignorar l'affittalino ogn'anno sopra le frue del luogo obligato, il che manco potrebbe fare, essendo notorio, che nel tempo solito delle scosside de censi, sono, non solo di già raccolte tutte l'entrate, mà etiandio in buona parte consumate. Donque per valersi del suo, douerebbe necessariamente procedere alla subhastatione di

† parte

F O R M A M

